



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Nomenclator Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalivm Qvi  
Ab Anno Christi Millesimo quippiam commentati sunt, Sev  
Ab Eo Tempore quo Pontificis electione ad eos tantùm ob  
Romani cleri multitudinem ...**

**La Roche posay, Henri-Louis Chasteigner de  
Tolosae, 1614**

Ioannis XXI. dicti XXII. Temporibvs Clari.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10735**

gloria potiti sunt, scripsit

De statu animarum, ante generale iudiciū Tom. 2.

Quæstiones XI. eiusdem argumenti.

Vitam S. Ioannis Gualberti, quæ extat apud Suriū.

Sermones per omnes anni festiuitates. Quæ omnia  
in Biblioth. Vaticana seruantur.

De statu Canonicorum.

Decretalem Religiosorum.

De reformatione Benedictinorum.

De statu nigrorum Monachorum.

Carmina quædam prophætica.

Epistolas ad Eduardum 3. Angliæ Regem, quas ha-  
bes apud Vualsinghamum.

Eiusque Regesti & Constitutionum extant volu-  
mina 10. in Vatic. Biblioth. Obiit anno 1342.

Iacetque in Cathedrali Auenionensi.

---

IOANNIS XXI. dicti XXII.

TEMPORIBVS CLARI.

P'ETRVS AVREOLI Verberius ord. Minorum  
Gallus, Doctor Facundus nuncupatus, ex Archiepisco-  
po Aquensis Cardinalis, longè ante omnes sui æui Theo-  
logos emicuit, plurimaque maximè dignationis, & non  
interituræ laudis clucubrauit opuscula, quæ à Scoto  
Theologi magni, ut par est, æstimant, & doctorum fre-  
quenti impræsentiarum teruntur manu videlicet

In libros Sententiarum opus insigne Ioanni Papæ  
22. dicatum.

Commentaria compendiosa in vniuersam sacram  
scripturam iuxta literalem sensum.

De Conceptione B. Mariæ virginis.

H.

Sermonum de Tempore, & de Sanctis lib. 2.

Rosæ distinctiones.

De Paupertate, & v̄ su paupere rerum.

Logicam quam in Bibliotheca Vaticana vidi.

Et alia quædam. Claruit anno 1316.

*A BENEDICTO XII. CREATI.*

BERTRANDVS DE D E V C R O Oppido Blandia-  
co Uticensis diœces. Gallus Cardinalis, scripsit

Vitam & Passionem Christi carmine Saphico.

Obiit Auenione, ibidemque in Ecclesia S. De-  
siderij Iacet cum hoc Epitaphio.

Hic iacet bonæ memoriæ Bertrandus de Deucio, Gallus Ca-  
stri de Blandiaco, Uticensis Diœcesis, legum docto[r] egregius qui  
fuit Ebredunensis Archiepiscopus, & deinde tituli S. Marci pres-  
byter Cardinalis, & demum Episcopus Sabiniensis, & S. R. E.  
Vicecancellarius, vir magnarum virtutum & scientiæ, qui de  
suis bonis hanc sacram Ecclesiam dotauit, & fieri ordinauit. O-  
biit autem Auenioni 21. Octobris ibidem Curiâ Romana resi-  
dente, à Virginis partu 1355. Domini Innocentij Papæ sexti an-  
no tertio sui Pontificatus, cuius anima in pace requiescat.

PETRVS ROGERII Lemouicensis, ex Archiepis-  
copo Rhotomagensi Cardinalis, de mūmque Clemēs  
Papa 6. tam potentis & inuictæ memoriæ fuit, vt semel  
lecta obliuisci, etiamsi cuperet, non posset, adeoque  
studiis vix ullo diuerticulo intercalatis, vsque ad exitam  
ætatem impensiore curâ animum continenter applicuit,  
vt non abs re literatissimus Pontifex à Petrarcha dica-  
tur. Petrum itidem Rogerij fratris filium (qui postea  
Gregorius Papa xi.) annum ætatis 18. agentem Cardina-